

T.M.

4 Rachen

Mebel 27-47

D. BALTHASARIS
CELLARII
Tabellæ
POLITICÆ,
Olim in gratiam audito-
rum suorum conscriptæ,

Nunc verò
In usum studiosæ juven-
tutis typis excusæ.

T 11 (3)



JENÆ
Impensis BLASII LOBENSTEINS,
Bibliopol. Jenensis.

ANNO
M DC LIII.

D. BALTHASARIS

CELLARI

Tabellæ

POLITICÆ

Olim in gratiam audito-

rum inorum conscriptæ

Venero

In summa studio inven-

tus typis excusæ



PER

Impensis BRASII LOBENSTEINI

Bibliopol. Jenens.

ANNO

MDC LIII



Index Tabellarum Politicarum.

I.

De constitutione Politica.

II.

De Societate nuptiali.

III.

De Societate herili & paterna.

IV.

De domo, vico & civitate.

V.

De Republica in genere.

VI.

De Regno & Tyrannide.

VII.

De Aristocratia & Oligarchia.

VIII.

De Politia & Democratia.

IX.

De Republica mixta.

X.

De Majestate.

XI.

De Legibus, Magistratibus ac Extrema provocatione.

XII.

De bello, pace & fœderibus.

XIII.

De religione, & illis qua ad religionem pertinent,

item De Moneta, Vestigalibus & Tribusis.

XIV.

De Parentibus seu subditis & Homagio.

XV.

De Rerumpubl. Mutatione & Conseruatione.

A

TAB. I.



Σὺν Θεῷ.

TABELLA I. De Constitutione Politices.

I. *Etymologia*, Dicitur $\{$ πόλις, i.e. à civitate, quia circa eam informandâ occupatur.
 autem Politica vel $\{$ πολιτείας, quæ vox apud Aristotelem 3. Pol. 4. 4. Pol. 1. & ali-
 $\delta\pi\omicron\ \tau\eta\varsigma$ $\}$ bi, Rempubl. in genere, in specie verò 3. Pol. 7. rempubl.
 popularem designat.

Circa Politices constitutionem, quæ ad illius $\pi\alpha\lambda\lambda\alpha\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$ introductionem pertinet, notetur

I. *NOMEN*, quod est πολιτικὴ s. Politica: cuius observanda

II. *Homonymia*. Non tantum autem vox Politicæ, sed etiam Politicum & Politicus diversimodè accipiuntur. Accipitur enim

I. *Politica* pro

II. *Politicum* pro eo

III. *Politicus* pro eo, qui

III. *Synonymia* s. tituli, quibus ab Aristotele insignitur. Vocatur autem

tali disciplina, quæ Ethicam, ut partem priorem s. communem, Politicam verò, ut posteriorem s. specialem ambitu suo comprehendit. Et h.m. sumitur 1. Eth. 1. & manifestissime 1. M.M. 1. ubi ait: *ut apparet, Politica pars est ac principium tractatio de moribus.* parte Politices posteriore, quæ speciatim Politica appellari consuevit, & de Republica agit, ut h.l.

quod cum aliis idem facit. Hoc sensu Arist. 1. de hist. animal. 1. dicit: *Politica appello animalia, quorum commune omnium opus est, ut homo, apis, formica.*

quod hominibus in societate civili constitutis competit. H.m. usurpatur 5. Eth. 10. ubi jus politicum illud, quod inter liberos & æquales locum obrinet, nominatur.

quod ad societatem civilem colendam aptum est. H.m. sumitur 9. Eth. 9. 7. Eud. 1. & 1. Pol. 2. ubi homo naturâ animal civile dicitur.

ut Reip. leges exigunt, partim imperat, partim pareat. Ita sumitur 1. Pol. 1. ubi opponitur βασιλικῶ s. illi, qui plenariam in ea, cui præest, civitate potestatem habet.

res honestas facere eligit ipsius honestatis ergò. Hoc sensu dicit Aristoteles 1. Eud. 5. *Politicus is demum est, qui res honestas agere intendit ipsarum gratiâ.*

civitatem & benè constituere, & constitutam benè administrare valet 1. Eth. 13. 10. Eth. c. ult. Et talis verè Politicus est. Non enim verè Politicus est (I.) orator ut talis, 1. Rhet. 2. (II.) Sophista. (III.) Empiricus seu solo usu aliquam rerum civilium peritiâ adeptus, 10. Eth. ult. (IV.) JCTUS ut talis. (V.) ad alios fallendos artifex.

1. *Βελτίστη δύναμις* optima facultas 1. M.M. 1.

2. *Κυριότατη καὶ μάλιςα δεχτικτονική* principalissima & maximè architectonica, 1. Eth. 1 cum & quas in civitate, scientias esse oporteat, quales quæque discere & quousque, constituat, & maximè honorabiles facultates, qualis est militaris, familiaris & oratoria, sub se collocatas habeat, l. d.

II. *DEFINITIO*. Est verò juxta Aristotelem Politica Prudentia civitatem ab initio constituendi & constitutam rectè administrandi, 1. Oec. 1.

III. *OBJECTUM*, $\{$ *Materiale*, quod est civitas, prout adhuc sine ordine consideratur.
 quod duplex $\{$ *Formale*, quod est civitas considerata ut ordinem habens h. e. Respublica, quæ
 $\beta\iota\omicron\ \tau\eta\varsigma\ \pi\omicron\lambda\iota\varsigma$ i.e. vita civitatis appellatur 4. Pol. 11.

IV. *FINIS*, qui est felicitas, vita beata s. summum bonum, & quidem non aliud, quàm quod in Ethicis ab Aristotele fuit expositum, ceu licet colligere ex 1. Eth. 4. Pol. 11. 7. Pol. 3. & 12.

V. *METHODUS*. Convenit autem Politicæ, ut disciplina Practicæ, potius analytica, quàm synthetica.

VI. *DIVISIO*. $\{$ *Priorem*, quæ agit de objecto Materiali h. e. civitate & ejus partibus, quæ sunt $\{$ 1. Societas nupralis,
 $\{$ *Posteriorem*, quæ agit de objecto formali i. e. de Republica $\{$ 2. Societas Heilicis.
 publica in genere, ejus speciebus, partibus i. e. imperantibus & parentibus &c. $\{$ 3. Societas paterna.
 $\{$ 4. Domus s. Familia.
 $\{$ 5. Vicus s. Pagus.

TAB. II.

TAB. II.
De Societate Nuptiali.

I. **SYNONYMIA**, appellatur autem Societas ista ab Aristotele 1. Pol. 3. *ἡ κοινωνία γαμήνη*, ab aliis conjugium, seu Matrimonium.

II. **DEFINITIONE** Est verò Societas nuptialis Coniunctio maris & foeminae naturalis à Deo instituta ob sobolis procreationem & mutuum adiutorium.

III. **CAUSA EFFICIENTIS**, quae duplex est.

1. **Proxima**, quae est consensus ex parte contrahentium, ad quem requiritur, ut sit

1. *liber & ex deliberatione & abique profectus*. Huiusmodi non est penes eum, qui metu mortis minisq; aliquam se ducturum promittit. (2.) qui mente captus aut nimio vino usu rationis privatus idē promittit. (3.) qui circa personae substantiam erravit, aut pro virgine duxit stupratam. Non tamen huic consensui obstat 1. *error nominis*, ut si quis putaret aliquam appellari Mariam, cum Marthā vocari deinceps intelligeret. 2. *error qualis actus*, qui committitur. a. *circa bona animi*, ut cum quis existimasset, aliquam esse probam, modestam, sobriam, quam deinceps improbam, rixosam ac temulentiam deditam esse cognosceret. b. *circa bona corporis*, ut cum quis putasset aliquam recto incedere pede, quam postea claudicare, edentulam esse, aut alio navo corporis laborare experiret. c. *circa bona fortunae*, ut si quis putasset aliquam esse opulentam, & copiosa pecunia dominantem, quam inopem & omnino debilitatam postea cognosceret.

2. **Remota**, quae est consensus parentum, cuiusmodi est consensus

1. *Parentum consensus*. Parentes enim honos parentibus debent maxime requiri. Si verò consensus parentis nullis precibus impetrari à liberis potuerit, vel solo patris consensu sufficere potest, non improbare Arist. 1. Oec. 6.

2. *Generandi facultas*. Quia enim finem societatis nuptialis nullò modo obtinere queunt ista destituti, quales sunt castrati, naturā frigidi, ideo ad eam colendam & tales idonei non sunt.

3. *Convenienter aetas*. Non autem convenit nimis juvenes hanc societatem inire, cum (1.) talium liberi plerumque imbecilliores, imperfecti, quoad formam patvi & plurimum foemella. (2.) Marium, cum adhuc crescant, augmentum impediatur. (3.) Adolescentulae in puerperio valde laborent, ac plures pereant. (4.) Obstetricia, quae inren patrem & liberos esse debet, iusto minor sit. 7. Pol. 16. Neque expedit, valde senes procreandis liberis operam dare, cum & horum liberi corpore & mente soleant esse imperfectiores. 1. cir. & ut plurimum foemella. 4. de gener. animal. 2. Convenientem autem aetatem in masculis Aristoteles esse putat annum 37. in foeminis 18. cum hac aetate amborum corpora maxime vigeant, idemque generationis finis marium in quibus potentia generandi usque ad annum 65. aut 70. extenditur, & foeminarum, in quibus partuendi facultas ad annum 45. augeo potest. 7. Pol. 16. & 7. de hist. animal. 6. hoc modo dicitur.

3. *Non nimis sanguinis proprio quibus*. Nam iuxta Aristotelem 2. Pol. 4. illicita sunt matrimonia parentum cum liberis, cum nec maritus, qui superior lege matrimonii constituitur, eam, quam natura exigit, matris reverentiam praestare queat; nec patri filia, propterea, quod iam matrem inducit societatem, quae illius necessitudinis reverentiam excludit, videtur fratres & sorores, cum recens admodum in illis parturum limago sit.

IV. **CAUSA MATERIALIS**. f. SUBJECTUM, quod sunt Mas & foemina. 1. Pol. 2. & 1. Oec. 3. quae personae licet specie conveniant 10. Met. 1. 1. de gener. animal. 23. tamen differunt (1.) Sexu, h. e. iis partibus, quibus sexus dignoscitur. (2.) ut melius & deterius. Masculus enim natura melior, foemina deterior, ut Arist. 1. Pol. 5. Foemina quippe vini consultantandi habet imperfectam. 1. Pol. ult. minusque robore pollet. 1. Oec. 3. (3.) ut imperans & parens 1. Polit. 5. Tam autem in mare, quam foemina requiritur.

V. **CAUSA FINALIS**, quae est

1. *Sobolis procreatio*, quae natura, quia in individua corruptione sunt obnoxia, generis humani perpetuam complectitur. 1. Oec. 3. melius 1. Pol. 12.

2. *Mutuum adiutorium*. Homines, inquit Aristoteles 8. Ech. 14. non solum sobolis procreande gratia cohabitant, sed & rerum ad vitam spectantium comparandarum causa.

Circa Societatem nuptialem, quae pars est civitatis, notari debet

De Societate Herili & Paterna.

I. Nomen. Vocatur autem illa 1. Pol. 3. & 12. *δεσποτική*, h. e. dominica s. herelis à potiori hujus societatis personâ, quæ Dominus est.

II. Definitio. Est verò societas herelis societas inter Dominum & servum naturalis instituta ob commodè vivere.

I. Naturâ, qui juxta Aristotelem 1. Pol. 4. & 6. est organon animatum, activum, separatum, rationis particeps secundum naturam non sui ipsius, sed in totum alterius. Talis autem est ille homo, qui aded infirmum rationis usum habet, ut de utilibus sibi prospicere non valeat.

II. Lege, qui nim. in bello captus illius est, qui cepit, aut cui ille vendidit 1. Pol. 2. Huc etiam referri potest, qui pro certâ mercede sponte suâ alteri servilem promisit operam vel ad certum tempus vel in perpetuum. Hujusmodi autem servus non statim est servus naturâ.

I. Naturâ, qui nim. mente pollet ita, ut possit prospicere de iis, quæ alter corpore debet facere 1. Pol. 2.

II. Lege, cujusmodi est, qui bello cepit, cui imperat, aut bello captum certo pretio suum fecit. Huc etiam referri potest, qui certam mercedem pro servili opera alteri dat. Hujusmodi autem Dominus non statim est naturâ dominus.

IV. Efficiens, quæ est

1. *Natura.* Juxta enim naturam est, ut melior, qualis est dominus naturâ, imperet deteriori, qualis est naturâ servus. Et hujusmodi servitus contra naturam non est.

2. *Lex,* seu pactum humanum. Convenerant enim gentes, ut bello capti, qui alias occidi poterant, in servitutem capientium transirent.

V. Finis, qui est vita commoda. Ut enim commodè vivat, qui ob negotiorum multitudinem aut membrorum subtilitatem omnibus non sufficit agendis, opus habet servit, rursusque ut commodè vivat, qui suâ ratione se regere non valet, aut vitæ subsidia comparare nequit, opus habet eo, qui quid faciendum, jubeat ac pro labore præstare necessaria iterum præster.

I. Nomen. Vocatur autem illa ab Aristotele

1. *Πατρική*, seu paterna 8. Eth. 23. 1. Pol. 12. à potiori videlicet personâ, quæ pater est.

2. *Societas patris erga liberos.* 8. Eth. 12.

3. *Societas τεκνοποιητική* 1. Pol. 3. h. e. talis, in qua liberorum susceptorum educationis & institutionis cura habetur.

II. Definitio. Est verò societas paterna societas inter patrem & filium & filiam naturalis, regia, non tantum adjuventi, sed & utilitatis gratiâ instituta.

Pater, penes quem summa in hac societate potestas & quidem naturâ est. *Naturâ pater in liberos imperium habet,* ait Aristoteles 8. Eth. 13.

Mater, penes quam quædam in liberos potestas, quamvis, quamdiu pater superstes est, non summa, sed subordinata.

Liberi, qui in potestate parentum sunt non tantum, quando imperfectum illorum est iudicium, sed etiam quando perfectum est, sive adhuc pars sint familiae parentum, sive propriam constituerint familiâ.

IV. Efficiens, quæ est natura. Hinc & naturalis est inter parentes & liberos amicitia, 8. Eth. ult. quæ secundum supereminentiam tamen est 8. Eth. 14. h. e. talis, in qua inferior præter amorem superiori quædam debet observantiam.

V. Forma regiminis, quæ regni formam præ se fert 8. Eth. 12. Unde & pater liberis βασιλικός s. regio more imperare dicitur 1. Pol. 12.

VI. Finis, qui est adjuventum & utilitas, quæ ex parte liberorum potissima est educatio & institutio 8. Eth. 13. Debeat enim parentes liberis alimenta, quoniam naturæ munus est genitō victum præbere, 1. Pol. 10. Convenientissimum autem alimentum infantium hæc est, 7. Pol. 17. quod & cibi & potus rationem habet. Contra & liberi debent parentibus 1. alimenta s. victum 9. Eth. 2. 2. honorem, 9. Eth. 2. & quidem patri paternum, matri maternum 1. d. 3. obsequium, 4. timorem, non quidem servilem, qui cum odio est, qui timetur, conjunctus est, sed filialem, qui cum amore est, qui timetur, conjunctus est.

I. De SOCIETATE HERILI

III. Subjectum, quod est

I. Servus. Est autem aliquis servus

II. Dominus. Est autem aliquis Dominus

IV. Efficiens, quæ est

V. Finis, qui est

Porrò notari debet

II. De SOCIETATE PATERNA

III. Subjectum, quod est

IV. Efficiens, quæ est

V. Forma regiminis, quæ

VI. Finis, qui est

TAB. IV.
De Domo, Vico & Civitate.

	<p><i>I. Homonymia.</i> Accipitur autem domus 1. pro aedibus, in quibus homines habitant. 2. pro societate composita ex nuptiali & herili, ut h. l.</p> <p><i>II. Synonymia.</i> Vocatur autem domus ab Aristotele 1. Pol. 2. <i>οικία</i> 1. Pol. 3. ab aliis familia.</p> <p><i>III. Etymologia.</i> Appellatur autem domus familia, quia hujus societatis personae plerumque in una habitare solent domo.</p>
<p>I. Domus s. Familia : de qua notetur</p>	<p><i>IV. Definitio.</i> Est verò juxta Aristotelem 1. pol. 2. Domus s. familia societas ex nuptiali & herili prima, secundum naturam, instituta quotidianae utilitatis gratia.</p> <p><i>V. Subjectum,</i> quod sunt personae, quibus constat societas nuptialis & herilis h. e. maritus & uxor, dominus & servus. <i>Ex societate enim nuptiali & herili domus est,</i> ait Aristoteles 1. Pol. 3. Tres itaque ad familiam minimum requiruntur personae.</p> <p><i>VI. Efficiens,</i> quae est natura. Uti enim istae societates, ex quibus domus constat, secundum naturam sunt, ita & ipsa domus.</p> <p><i>VII. Finis.</i> Est autem instituta domus ob actus singulis ferè diebus necessarios.</p> <p><i>IX. Modus Imperandi.</i> Est autem domus veluti monarchia quaedam, quia ab uno gubernatur 1. Pol. 7. qui alias Paterfamilias appellatur: Et uxori, cujus respectu maritus dicitur, <i>πολιτικός</i> s. civiliter; liberis, quorum respectu pater, <i>βασιλικός</i> s. regio more, 1. Polit. 2. 3. servis, quorum respectu dominus, <i>δεσποτικός</i> s. dominicè imperat,</p>
<p>Post Societates primas s. simplices sequuntur compositae, de quo notetur</p>	<p><i>I. Homonymia.</i> Accipitur autem pagus 1. pro structura aediu, ut cum dicitur, pagus combustus est. 2. pro societate ex aliquot familiis constate.</p> <p><i>II. Definitio.</i> Est verò juxta Aristotelem 1. Pol. 2. Pagus societas ex pluribus domibus prima, secundum naturam, non usus quotidiani gratia.</p> <p><i>III. Subiectum,</i> quod sunt aliquot domus s. familiae, non tamen tot, quot ad civitatem requiruntur. Plures g. ad pagum, quam tres requiruntur personae.</p> <p><i>IV. Finis,</i> qui sunt actus non singulis diebus necessarii: propter eos enim instituta est haec societas.</p> <p><i>V. Distinctio.</i> Est autem vicus alius primae formae, qui nihil aliud est, quam societas ex pluribus & quidem tot, quot ad vici constitutionem requiruntur, familiis ex eadem tamen familia ortum trahentibus: alius secundae formae, qui nihil aliud, quam societas ex pluribus familiis è variis locis in unum convenientibus, nullo cognationis vinculo inter se colligatis.</p> <p><i>VI. Modus imperandi.</i> Uti autem vicus primae formae facile à seniore, quem reveretur & amat, regi se patitur; ita & vicus secundae formae unius imperium propterea, quia unusquisque in domo uni parere consuevit, non difficulter admittit.</p>
<p>III. CIVITAS : de qua notetur</p>	<p><i>I. Homonymia.</i> Accipitur autem Civitas 1. pro societate hominum liberorum in urbe cohabitantium. 2. pro societate hominum liberorum bene vivendi gratia instituta, sive in urbe cohabitent, sive extra urbem degant, locisque etiam dissideant.</p> <p><i>II. Definitio.</i> Est verò civitas juxta Aristotelem 1. Pol. 2. societas ex pluribus pagis perfecta, omnis penè sufficientiae finem habens, secundum naturam, existens quidem vivendi, permanens autem bene vivendi gratia Vid. l. 3. Pol. c. 9.</p> <p><i>III. Subiectum,</i> quod sunt plures pagi, quorum unusquisq; ex pluribus constat domibus.</p> <p><i>IV. Causa efficiens,</i> quae est natura. Homo enim naturam animal est civile, quapropter etiam ipsi soli sermo concessus est 1. Pol. 2.</p> <p><i>V. Finis,</i> qui non tantum est vivere, sed & commodè & bene vivere.</p> <p><i>VI. Definitio Civis.</i> Est autem Civis socius civitatis, qui jurium illius ac immunitatum particeps est. Inter cives autem 1. alii in urbe degunt, alii extra urbem, 2. alii sunt simpliciter cives, qui omnium civitatis jurium sunt particeps; alii secundum quid s. imperfectè tales, qui vel omnium civitatis jurium non sunt particeps, vel saltem ad tempus certum non capaces, ut mulieres, inquilini, pueri. Acquiruntur autem jura civitatis 1. Nativitate. 2. Cooptatione 3. Pol. 1.</p>

TAB. V.
De Republica in genere.

I. Etymologia. Dicitur autem πολιτεία ἀπὸ τῆς πόλεως à civitate, tanquam Reip. subjectōs
Respubl. verò dicitur quasi res publica h.e. ad publicam utilitatem spectans.

II. Homonymia. Accipitur autem nomen πολιτείας apud Aristotelem dupliciter, 1. *generaliter*, & sic quamcunque Rempublicam significat, sive illa fuerit recta, sive corrupta, sive simplex, sive mixta. Ita 3. Pol. 6. & alibi passim accipitur, 2. *specialiter*, & sic notat rempubl. in specie popularem. 3. Pol. 7.

III. Definitio. Est verò Respublica ordo civitatis cum aliorum magistratuum, tum præcipue illius, qui summam habet potestatem utilitatis gratia 3. Pol. 6.

IV. Subjectum s. Materiale, quod est civitas, prout sine ordine consideratur.

V. Formale, quod est inter parentes & imperantes, inter quos tamen alii subordinatā, alii verò summam potestatem obtinent, à qua s. potius illis, qui eam obtinent, præcipue diversitas rerumpublicarum nascitur. Quum enim necesse sit, summam potestatem esse aut penes unum, aut penes paucos, aut penes multos 3. Pol. 7. hinc si summa potestas penes unum est, est Monarchia, quæ rursus vel regnum vel Dominatus vel Tyrannis est: si est penes uno plures, non tamē omnes indivisim, est Aristocratia vel Oligarchia; si penes multos vel omnes indivisim, Politia vel Democratia: si penes uno plures divisim, mixta.

VI. Finis, qui est utilitas, vel publica, quam in rectis rebuspublicis imperantes intendunt; vel privata, quam in corruptis quærunt.

Circa πολιτείας
Rempu-
blicam in
genere
notetur

VII. Distinctio. Est autem Respublica

1. vel } *1. Simplex*, qualis est, ubi summa potestas aut est penes unum aut uno plures indivisim ut Regnum, Dominatus, Tyrannis, Aristocratia, Oligarchia, Politia, Democratia.

2. vel } *2. Mixta*, qualis est, ubi summa potestas penes uno plures divisim est.

1. } *1. Recta*, quæ communem utilitatem intendit 3. Pol. 6. s. ubi unus vel pauci vel multi ad communem utilitatem imperant, 3. Pol. 7. cuiusmodi sunt, Regnum, Aristocratia, Politia & Mixta recta.

2. } *2. Corrupta*, quæ privatam imperantium utilitatem intendit: 3. Pol. 6. s. ubi ad privatam utilitatem vel unius vel paucorum vel multitudinis gubernatio fit, 3. Pol. 7. cuiusmodi sunt Tyrannis, Oligarchia, Democratia, & mixta mala.

I. Regni exhibet societas paterna sive patris in liberos imperium, 8. Eth. 12. unde & regium appellatur 1. Pol. 12. Ut enim (1.) in societate paterna unus est, penes quem summa potestas est: ita & in Regno penes Regem unice summa potestas est, Ut (2.) pater suorum liberorum primario utilitatem quærat: ita & Res omnes suos actos & consilia ad suorum subditorum commodum dirigit, Ut (3.) pater in societate hac est persona excellentior; sic & Regem inter subditos excellere oportet, 1. Pol. 12.

II. Tyrannidis, ut & Dominatus, exhibet societas herilis s. domini in servos imperium 8. Eth. 12. Ut enim (1.) in societate herili summa potestas penes unum, vid. Dominum est: ita & in Tyrannide & dominatu est penes unum, videlicet Tyrannum vel Dominum, Ut (2.) Dominus agit id, sibi quod est utile, 8. Eth. 12. ita & Tyrannus in Tyrannide, (3.) Dominus in societate herili primario suum, per accidens demum servi utilitatem respicit, 3. Pol. 6. ita & in Dominatu Dominus.

III. Aristocratis exhibet viri & uxoris in domo imperium, 8. Eth. 12. Ut enim (1.) Maritus & uxor uno plures sunt, qui imperant: ita & in Aristocratia uno plures oportet esse. Ut (2.) Maritus & uxor meliores sunt & digniores reliquis in domo: ita & in Aristocratia imperantes præ cæteris virtute eminere par est.

IV. Oligarchis exhibent uxores divites ob divitias imperium in maritos sibi arrogantes 8. Eth. 12. Ut enim illarum imperium non est ex virtute, sed ex divitiis; ita & in Oligarchia sese res habet.

V. Politis exhibet fratrum societas. Ut enim fratres in adeunda hæreditate æquales sunt; ita & in Politia omnes habentur æquales.

VI. Democratias exhibent plures in una domo aut nullum aut infimum dominum habentes 8. Eth. 12. Uti enim ibi pro lubitu quisque; ita & in Democratia agit.

VII. Mixta exhibet itidem mariti & uxoris imperium. Ut enim maritus imperat circa ea, quæ virum decent, & quæ uxori conveniunt, circa illa illi imperium tribuit, 8. Eth. 12. ita & in mixta imperantes divisam potestatem habent.

IX. Imago Reipubl. cujuscunque, h. e. tam simplicis quam mixtæ, tam rectæ, quam corruptæ, quæ ex domo, in qua maritus & uxor, dominus & servus, pater & liberi, fratres &c. sunt, peti potest. Nam imaginem s. similitudinem

TAB. VI.
De Regno & Tyrannide.

I. *Homonymia.*
Appellatur
autem Re-
gnum

1. *Respublica*, ubi unus maximè secundum leges imperat. Vocat id Aristoteles 3. Pol. 14. Laconicum, quia apud Lacedæmonios tale in usu fuit.
2. *Respublica*, ubi unus habet summam potestatem, ad tyrannicam quàm proximè accedentem, legitimè tamen acceptam. Vocat id Aristoteles l. d. regnum Barbarorum, eò quòd Barbaros i. e. servili ingenio præditos obtinuit.
3. *Respublica*, ubi unus extra ordinem & præter morem summam potestatem habet & salutem publicam primariò non intendit. Vocat id Aristoteles l. d. *Æsymnetiam* i. electivam tyrannidem.
4. *Respublica*, ubi unus vel propter virtutis eminentiam, vel propter illustria parentum merita imperat, non tamen cum absoluta & omnium summa potestate. Vocat id Aristoteles l. d. *HEROICUM*.
5. *Respublica*, ubi unus imperat cum absoluta & summa omnium potestate ad utilitatem publicam. Et hæc acceptio propria hujus loci est.

II. *Definitio.* Est verò Regnum juxta Aristotelem 3. Pol. 7. Monarchia ad communem utilitatem respiciens, quod idem est, Respub. ubi unus summam omnium potestatem habet & communè utilitatem primariò respicit. Vocatur aliàs 3. Pol. 16. *παυσασίλεια*.

III. *Requisita s. Conditiones.* Requiritur autem ad Regnum dictum (I.) Ut Monarchia sit, quod idem est, ut unus summam omnium potestatem habeat. Est enim Monarchia i. Rhet. 8. ubi unus omnium est dominus. Ubi itaque unus imperat juxta leges, ibi regnum propriè tale non est, cum & in Aristocratia & Democratia unus juxta leges imperare possit, manente tamen formà pristinà. 3. Pol. 16. (II.) Ubi respiciat primariò ad salutem publicam. Unus ille omnium summam potestatem habens & ad communem utilitatem primariò respiciens Rex vocatur.

Circa Re-
gnum no-
tanda

IV. *Modi*, quibus ad regiam potestatem pervenitur, quos inter communes sunt (1.) *Sors*, cujus usus esse potest, ubi virtute pares plures unò sunt, & tamen non nisi unus retentà regni formà admitti potest. (2.) *Electio*, quæ vel est prorsus libera, ita ut quilibet, cujuscunque ordinis, nationis & conditionis sit, eligi possit, vel quodammodo limitata h. e. vel ad certam familiam, nationem, aut aliam personæ conditionem restricta, qualis obtinet hodiè in nostra Republica, ubi Electores non nisi Germanum vel Principem vel Comitem in Imperatorem eligendi potestatem habent. (3.) *Sucessio*, quæ ubi obtinet, si plures regis filii sint & regnum indivisum maneat, primogenito potestas regia conferri solet. Est autem primogenitus; qui primò locò est natus, sive jam ante, sive post adeptum à patre regnum natus fuerit: sive alius post eum s. nullus nascatur.

V. *Oppositum*,
quod est Ty-
rannis, de qua
notetur

I. *Homonymia.*
Appellatur au-
tem 4. Pol. 10.
Tyrannis

1. Regnum Barbarorum, quod aliàs Dominatus à Politicis appellatur. Est verò dominatus ejusmodi Respublica, ubi unus summam habet potestatem & ad suam primariò & per se, secundariò demùm & per accidens ad publicam respicit utilitatem.
2. Resp. ubi unus præter morem ad summam potestatem evehctus, suam respicit primariò utilitatem.
3. Resp. ubi unus imperat cum absoluta potestate ad utilitatem suam unicè respiciens.

II. *Definitio.* Est verò juxta Aristotelem 3. Polit. 7. Tyrannis Monarchia ad privatam utilitatem respiciens i. e. ejusmodi Resp., ubi unus summam habet potestatem & ad suam unicè respicit utilitatem.

III. *Requisita s. proprietates.* Requiritur autem ad Tyrannidem (1.) Ut unus ibi summam potestatem habeat. Ubi g. plures unò imperant, Tyrannis esse nequit. (2.) Ut unicè respiciat ad privatam utilitatem. Unus ille summam potestatem habens & suam unicè intendens salutem Tyrannus vocatur, qui vel est *Titulo tantum* talis, qualis est, qui modò illegitimò summam potestatem adeptus, rectè tamen Rempubl. administrat; vel *exercitio tantum*; qualis est, qui modò quidem legitimò summam potestatem adeptus, eà autem abutitur, & tyrannicè Remp. administrat; vel *Titulo & Exercitio simul*, cujusmodi qui & modo illegitimo summam adeptus est potestatem, & simul pessimè Rempubl. administrat.

TAB. VII.
De Aristocratiâ & Oligarchia.

- I. *Etymologia.* Vocatur autem sic Aristocratiâ, vel quia ibi imperantes πρὸς τὸ ἀριστον i.e. ad optimum respiciunt; vel quia ibi ἀριστοί i.e. optimates imperant, ut habet Aristoteles 3. pol. 7. quæ posterior ratio magis congruit.
- II. *Homonymia.* { 1. Respublica, in qua simpliciter optimi imperant, & solius virtutis ratio habetur. Et hæc est pura Aristocratiâ.
Appellatur au- 2. Respublica, in qua non virtutis tantum, sed & divitiarum ratio habetur.
tem Aristocra- 3. Respublica, in qua & divitiarum & virtutis & plebis ratio habetur.
tia 4. pol. c. 7. 4. Respublica, in qua virtutis & plebis ratio habetur. Et hæc tres posteri-
ores possunt impuræ Aristocratiæ vocari.
- Circa Ari- III. *Definitio.* Est verò Aristocratiâ Respublica, in qua pauci, plures tamen uno, summam po-
stocratiâ testatem (indivisim) habent, & ad communem utilitatem respiciunt, 3. pol. 7.
notanda IV. *Requisita seu Proprietates.* Requiritur autem ad Aristocratiâ (1.) Ut ibi uno plures
imperent. Nam ubi unus imperat, ibi est Monarchia, ubi autem est Monarchia, ibi non
potest esse Aristocratiâ, (2.) Ut pauci ibi imperent. Dicuntur autem pauci h. l. imperare,
quando non omnes imperant, (3.) Ut pauci illi imperantes summam potestatem indivi-
sime habeant, h. e. ita, ut neuter aliquid altero inconsulto facere jure possit in iis, quæ
ad rempublicam spectant, (4.) Ut ad communem utilitatem respiciant.
- V. *Oppositum,* quod est Oligarchia: de qua notanda { 1. *Etymologia.* Dicitur autem Oligarchia ἀπὸ τῶν ὀλίγων s. quia pauci
imperant.
2. *Homonymia.* Vocatur autem Oligarchia { 1. Respublica, in qua pauci summam potestatem
indivisim habent. Et hoc sensu etiam Aristocratiâ potest dici Oligarchia.
2. Respublica, quæ Aristocratiæ opponitur, & παράστασις s. transgressio Aristocratiæ dicitur
2. Pol. 7. & 4. pol. 2. cujus rerum diversi modi enumerantur apud Aristotelem 4. Pol. 5. inter
quos (1.) ubi imperantes secundum magnum ad eum censum constituuntur, ut pauperes ad
eum pervenire non possint, quicumque autem definitum censum habuerit, inter imperantes
cooperetur, (2.) ubi quidem non juxta divitias adeo magnas imperantes constituuntur, ita ta-
men, ut ab ipsis, si qui desint, eligantur, (3.) ubi imperium certis familiis ita adhæret, ut patri
filius succedat, (4.) ubi pauci Rempublicam prohibitu vexant.
3. *Definitio.* Est verò Oligarchia Respublica, ubi plures uno pauci tamen (indivisim) habent summam potestatem & ad propriam respiciunt utili-
tatem.
4. *Requisita seu Proprietates.* Requiritur autem ad Oligarchiam (1.) Ut ibi uno plures imperent cum summa potestate. Et per hoc distinguitur à Tyrannide, in qua unus tantum summa cum potestate imperat. (2.) Ut pauci imperent cum summa potestate. Et per hoc distinguitur à Democratiâ. Dicuntur autem rursus h. l. pauci imperare, quando non omnes imperant, (3.) Ut pauci simul summi indivisim summam potestatem habeant. Et per hoc distinguitur à mixta. (4.) Ut ad privatam commodum respiciant. Et per hoc distinguitur ab Aristocratiâ.

TAB. VIII.

De Politia & Democratia.

Circa Politiam
notanda

I. Homonymia: Vocatur autem Politia (1.) in genere quævis Respublica; & ita hæc vox accipitur 3. pol. c. 6. & 7. 4. Pol. 2. (2.) Respublica popularis in specie, 3. pol. 7.

II. Synonymia: Vocatur autem politia etiam Timocrata 8. Eth. 12. item Democratia, ut constat ex 4. Pol. 3. quamvis in Aristotele non nisi opposita Politia Respublica hoc nomine appelleretur.

III. Definitio: Est verò juxta Aristotelem 3. Pol. 7. Politia Respublica, ubi multitudo seu Populus summam potestatem (indivisim) habet, & ad communem utilitatem respicit.

IV. Requisita sive proprietates. Requiritur autem ad politiam (1.) ut ibi multi, sive quod idem est, omnes collectivè sumti summam potestatem habeant. Et per hoc distinguitur à Regno simul & Aristocrata. (3.) ut omnes simul sumti summam potestatem indivisim habeant. Et per hoc distinguitur à mixta. (3.) ut ad communem utilitatem respiciant. Et per hoc distinguitur ab opposita Democratia.

V. Oppositum. quod est Democratia, de qua notanda

I. Homonymia. Accipitur autem vox Democratia. (1.) pro Republica recta, & in specie quidem ea, quæ ab Aristotele Politia, ab aliis status popularis dici consuevit. (2.) pro transgressione Politia s. popularis status 8. Eth. 12. 3. Pol. 7. & 8. 4. Pol. 2. & alibi. Et hæc acceptio posterior hujus loci est. Hujus autem rursus 4. Pol. 4. & 6. varia enumerantur genera, inter quæ (1.) ubi omnes sunt æquales, ita tamen, ut obtineat id, quod pluribus videtur. (2.) Ubi Magistratus secundum exiguum censum constituuntur, ita ut quicumque eum habuerit, ad honores istos suscipiendos capax sit. (3.) Ubi omnes sine discrimine, modò non infamia notari, ad magistratus munia adspirandi facultatem habent, lex interim dominatur. (4.) Ubi omnes modò veri cives ad Magistratus gerendos habentur idonei, ita ut & lex ibi dominetur. (5.) Ubi Legum nulla est auctoritas, sed plebis decreta legibus prevalent.

II. Synonymia. Appellatur autem Democratia, ut h. l. accipitur, ab aliis Ochlocratia.

III. Definitio. Est verò Democratia Respublica, ubi multitudo sive plebs summam potestatem (indivisim) habet & ad suam utilitatem respicit.

IV. Requisita s. Proprietates. Requiritur autem ad Democratiam (1.) ut multitudo s. plebs ibi summam potestatem habeat. Quia enim ibi obtinet, quod pluribus videtur 6. Pol. 2. ubique autem contingit plures esse, qui plebis nomine veniunt, non potest non id, quod plebi ita visum fuerit, ibi obtinere, 6. Pol. 2. Et per hanc distinguitur non tantum à Tyrannide, sed etiam ab Oligarchia. (2.) ut indivisim summam potestatem habeat. Et per hoc distinguitur à Mixta. (3.) Ut ad suam respiciat utilitatem, quod fit, ubi id, quod pluribus conducit, decernitur, licet paucis injuria fiat. Et per hoc à Politia s. populari statu distinguitur.

TAB. IX.
De Republica Mixta.

Circa Remp.
Mixtam no-
randa

I. *Homonymia.* Accipitur autem mixta Respubl. { 1. pro tali, quæ inter rectam & extremè corruptam mediam quasi naturam obtinet, qualis v.g. Dominatus.
2. pro tali, quæ administrandi modum à forma s. statu diversum habet.
3. pro tali, in qua penes uno plures divisim summa potestas est. Et hæc acceptio ultima propria & hujus loci est.

II. *Definitio.* Est verò mixta Respubl. ubi penes uno plures divisim summa est potestas, vel quod idem est, Respublica, ubi duæ vel plures Resp. in unam ita coalescunt, ut in ea partim sint, partim non fiat, qualis v.g. nostra Respubl. Romano-Germanica hodierna.

III. *Requisita s. Proprietates.* Requiritur autem ad mixtam Rempubl. (1.) Ut Summa Potestas sit penes uno plures. Et per hoc distinguitur ab omni Monarchia. Ubi enim summa potestas penes unum est, ibi Monarchia est, ubi autem Monarchia, ibi simplex est Respublica, ubi autem est simplex Respublica, ibi non est mixta. (2.) Ut sit penes uno plures divisim, h. e. ita, ut unus vel una pars aliquam vel aliquas summæ potestatis particulas habeat, quam vel quas altero aut parte altera inconsultâ possit exserere. Et per hoc distinguitur ab Aristocratiâ, item Politia. Duobus autem modis penes uno plures summa potestas divisim esse potest, (1.) ita, ut plures Respubl. simplices in unam coalescant, quæ tamen specie non differunt v.g. duæ Monarchiæ s. regna vel tres Aristocratiæ. Prius contingit, quando penes duos summa potestas est, ita tamen, ut unus hæc Majestatis jura, v.g. summam potestatem in constituendis magistratibus, item jus extremæ provocationis habeat, alter autem reliqua, ambo verò simul sumti omnia. Posterius, ubi penes sex summa potestas ita est, ut duo priores simul sumti indivisim aliqua, aliqua rursus alii duo, & ita porro aliqua reliqui duo habeant, omnia autem penes sex illos divisim sint. (2.) ita ut duæ vel plures specie diversæ in unam coeant, v.g. Regnum & Aristocratiâ, vel Regnum & Politia, vel Aristocratiâ & Politia, vel Regnum, Aristocratiâ & Politia. *Primum* fit, quando penes unum aliqua, item penes optimates aliquos rursus aliqua sunt Majestatis jura: *Secundum*, quando aliqua majestatis jura penes unum sunt, aliqua penes populum: *Tertium*, quando aliqua penes optimates, aliqua penes populum: *Quartum*, quando aliqua penes unum, aliqua penes optimates, aliqua penes populum sunt. Et quidem si penes unum plura ac potiora Majestatis jura sunt, Regnum s. Monarchia; si penes optimates, Aristocratiâ; si penes populum, Politia prævalere dicitur. Differt autem formaliter s. essentialiter mixta à quavis simplicium etiam prædominante: nam v.g. mixta ex Regno & Aristocratiâ, in qua Aristocratiâ prævalet, formaliter ab Aristocratiâ differt; siquidem in Aristocratiâ omnia Majestatis jura penes optimates indivisim esse oportet, in mixta autem illa tantum aliqua sunt.

IV. *Distinctio.* Est autem Respublica mixta alia *recta*, ubi nim. uno plures summam potestatem divisim habentes ad communem respiciunt utilitatem, cujusmodi est ea, quæ mixta est ex Regno & Aristocratiâ &c. alia *corrupta*, ubi nim. uno plures summam potestatem divisim habentes ad privatam respiciunt utilitatem, cujusmodi est ea, quæ mixta est ex Tyrannide & Oligarchia, item Oligarchia & Democratiâ &c.

TAB. X.

De Majestate.

- I. *Etymologia.* Dicitur autem Majestas à Majus, sicut à Verus verustas, à Tempus tempestas.
- II. *Homonymia.* Accipitur autem Majestas 1. pro honore & dignitate. 2. pro eminenti in omnia dominio, sive pro summa in omnibus potestate.
- III. *Synonymia.* Idem autem significant Majestas in posteriori acceptione & τὸ πολίτευμα 3. Pol. 6. & 7.
- IV. *Definitio.* Est verò juxta Aristotelem II. cc. πολίτευμα. I. Majestas summa in civitate ubique sive in omnibus potestas.
- V. *Subjectum.* Et quidem 1. commune majestatis subiectum est civitas sive Respubl. cum in omni rep. sive simplex, sive mixta fuerit, illa sit. 2. proprium est persona una, vel plures v.g. in regno est Rex, in Aristocratia Optimates, in Politia populus; in mixta uno plures.
- VI. *Requisita sive proprietates.* Requiritur autem ad Majestatem (1.) ut sit potestas. Potestas autem h. l. denotat jus vel imperium. (2.) Ut sit potestas summa, quæ apud Aristotelem τὸ κύριον appellatur. Est autem τὸ κύριον I. summa Potestas h. l. quæ præter Dei immortalis potestatem inter homines non agnoscit superiorem. Penes quem proinde vel penes quos summa potestas est, illius vel illorum actus alterius juri non subsunt ita, ut alterius voluntatis humana arbitrio irriti possint reddi, unde porro sponte sua sequitur, illum vel illos, cujus vel quorum actus adstricti sunt ad certas leges, penes illum vel penes illos summam potestatem non esse, utpote quæ legibus soluta. Sicut autem summa potestas in genere hominum non agnoscit superiorem, ita nec parem s. æqualem in una eademque civitate admittere potest. Cum enim summum h. l. dicatur, supra quod est nihil, ipsum autem est supra reliqua omnia, neutra tunc erit summa, cum neutra sit supra omnia. (3.) Ut sit summa potestas in civitate. Perinde autem est, sive quis unius urbis incolis cum summa præsit potestate, sive pluribus aut toti genti; neque illius, qui pluribus aut urbibus aut populis ita præest, potestas major intensivè est potestate illius; qui uni aut paucioribus cum summa potestate imperat, licet extensivè major sit, h. e. ad plures sese extendat. (4.) Ut sit summa potestas in civitate ubique, h. e. ut non tantum in re aliqua certa, sed ut in omnibus ad Remp. spectantibus summa sit. Hinc si quis Regum non haberet summam potestatem v.g. in re militari, penes illum Majestas integra non foret.
- VII. *Partes.* Majestatem, quæ eorum potestativum h. e. ex variis partibus constans, constituentes, quæ aliàs vocari solent Regalia, jura imperii, jura Majestatis. Nihil autem aliud est Majestatis jus, quam summa in re aliqua certa ad Remp. pertinente potestas, cujusmodi est (1.) potestas summa ferendi & abrogandi leges. (2.) potestas summa constituendi Magistratus & ordinandi judicia. (3.) Potestas summa recipiendi extremam provocationem. (4.) Potestas summa bellum indicendi, pacem ineundi. (5.) Potestas summa fœdera pangendi. (6.) Potestas summa circa religionem. (7.) Potestas summa circa monetas. (8.) potestas summa vectigalia imperandi. (9.) Potestas summa exigendi tributa. (10.) Potestas summa conferendi dignitates. (11.) potestas summa circa impendia. (12.) Potestas summa convocandi comitia &c. Penes quem autem s. penes quos Majestas utpote eorum est, penes illum vel illos omnia Majestatis jura oportet esse, cum contradictionem implicet eorum alicubi sine suis partibus esse. In regno proinde, quia Majestas est penes regem, in Aristocratia penes optimates &c. idè & Majestatis jura in regno penes regem, in Aristocratia penes optimates sint. Neque ullum Majestatis jus salvâ manente Majestate v.g. Regis concedi potest alteri, quamvis illius exercitium absque Majestatis imminutione benè concedi queat, v.g. sine detrimento majestatis potest Rex in regno alii concedere, ut leges condat, reservatâ sibi hac in re superioritate. Ex eo autem nequaquam sequitur, Majestatem simpliciter esse indivisibilem. Quoniam enim eorum est & ex partibus constat; idè & in partes illas dividi potest.

De Legibus, Magistratibus ac Extremâ Provocatione.

I. *Subjectum* s. penes quos illa potestas sit. Est autem illa in Regno penes Regem, in Aristocratiâ penes optimates æqualiter ac indivisim, in Politia s. populari Rep. penes populum indivisim. Et penes quem vel quos hoc majestatis jus est, penes illum vel illos etiam est, ut leges ab aliis latis in sua civitate valere jubeant.

II. *Quid sit Lex s. Definitio.* Est verò Lex juxta Aristotelem 1. Eth. c. ult. Oratio vim cogendi habens.

III. *Distinctio.* Est verò (1.) Lex alia *Natura* s. Naturalis, quæ nil aliud est, quam dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali inesse mora em turpitudinem aut necessitatem moralem s. ut habet Aristoteles 5. Eth. 10. quæ ubique eandem vim habet, & non quia ita videtur vel non videtur, qualis v.g. est Lex, de non occidendo homine, de non committendo adulterio. Et hujusmodi lex ratione sui semper est immutabilis & juxta omnesque obligat homines, ab eò statim tempore, quo usus rationis exferere se cœpit: alia *positiva humana* s. mere civilis, quæ nim. voluntate ejus, penes quæ civilis potestas est, vim demum obligandi accepit, s. juxta Aristotelem l. d. quæ tale quid præcipit aut prohibet, quod ab initio, utrum hoc vel illo modo fieret, nihil referebat, qualis v.g. Lex est, septem ad testamentum testes requirens. Et hujusmodi Lex est mutabilis obligatque à tempore promulgationis eos solum, quibus lata est: alia *Naturalis & civilis simul*, quæ nihil aliud, quam lex naturæ à potestate civili, simul definita; qualis v.g. in Regno est, quando Rex adulterium prohibet aut ebrietatem. (2.) Lex alia est *universalis*, cujus videlicet valor per universam Rempubl. se extendit; alia *particularis*, cujus videlicet vis ad aliquam tantum Reip. partem porrigitur, v.g. statutum civitatis. (3.) Lex alia *fundamentalis*, quæ imperandi modum determinat s. modum imperandi imperantibus præscribit; qualis v.g. est Capitulario Imperatorum; alia est *non fundamentalis*, quæ nim. circa res alias occupata est, v.g. circa testamenta, circa tutelam &c. (4.) Lex alia *scripta*, alia *non scripta*, unde de legis essentia scripturam non esse facile patet. (5.) Lex alia est *justa*, alia *injusta*.

I. *Subjectum*, i. penes quos illa potestas. Est autem illa in Regno penes Regem, in Aristocratiâ penes optimates æqualiter & indivisim, in Politia penes populum, in mixta Republ. Subjectum variat.

II. *Quid sit Magistratus.* Est verò juxta Aristotelem 4. Pol. 15. Magister præfectus societatis civilis, cui data est de quibusdam deliberandi, judicandi & maxime imperandi potestas. Non proinde Magistratus sunt (1.) Sacerdotes, ut tales, l. d. (2.) Consilarii, ut tales, h. e. qui consultandi quidem de rebus quibusdam potestatem habent, imperandi autem facultate destituuntur. (3.) Legati, qui mitti possunt in Regno à Rege, in Aristocratiâ ab optimatibus, in Politia à populo; Imò & hi, qui partim subditi sunt, partim non sunt, pro eâ parte, quæ non sunt subditi, jus mittendi legatos habent. Jure autem gentiû Legati sunt inviolabiles, i. e. quò minus illi, ad quos mittuntur, vim his inferât, jure gentium prohibentur, quod tamen non obligat eos, per quorum fines non impetratâ prius veniâ transcunt, cum quando ad hostes eorum eunt, aut ab hostibus veniunt, aut alias hostilia moliuntur, quò minus aut capiantur, aut interficiantur, nihil obstat.

I. *Subjectum.* Est autem jus extremæ provocationis in Regno penes Regem, in Aristocratiâ penes optimates æqualiter & indivisim, in Politia penes populum indivisim &c.

II. *Quid sit extrema provocatio.* Est verò extrema provocatio nihil aliud, quam à sententia inferiorum magistratuum ad eum vel eos, qui eâ in summam habent potestatem, appellatio.

I. Jus s. summa potestas condendi & abrogandi leges. Ubi notetur

Inter Majestatis iura est

II. Jus s. summa potestas constituendi Magistratus. Ubi rursus not.

III. Jus extrema provocationis. Ubi rursus notetur

De Bello, Pace & foederibus.

IV. Jus s. summa potestas bellum gerendi. Ubi notetur rursus

Inter Majestatis jura est

V. Jus s. summa potestas pacem pangendi. Ubi notetur rursus

VI. Jus s. summa potestas pangendi federa. Ubi rursus notetur

I. *Subjectum* s. penes quos illa potestas. Est autem in Regno penes Regem, in Aristocratia penes optimates indivisim, in Politia penes populum &c.

II. *Quid sit Bellum*. Est verò juxta Grotium D. J. B. & P. l. 1. c. 1. Bellum status per vim certantium, quae tales sunt.

III. *Distinctio*: Est autem bellum 1. aliud *publicum*, quod utrinque geritur à potestate publicà; aliud *mixtum* i. partim publicum, partim privatum, quod nim. geritur à potestate publicà adversus subditos, aut à subditis adversus potestatem publicam. 2. Aliud *justum*, aliud *injustum*. Justum autem bellum vocatur, quod à personis legitimis causas ob justas intentione legitimâ & modo legitimo geritur. Requiritur g. ad justum bellum (1.) *persona legitima*. Sunt autem personae legitimae, penes quas aut majestas est, aut minimum hoc majestatis jus, in Regno v. g. Rex, in Aristocratia optimates, in Politia populus &c. (2.) *causa justificata*. Est verò causa justificata belli vel subditorum inobedientia, vel injuria ab aliis illata, vel inferenda, aut ipsi Reip. aut sociis s. confederatis, aut in univ. societati humanae. Uti enim injuria talis illata bello, cum aliter non licet, jure potest vindicari, ita inferenda armis & bello potest propulsari. (3.) *Justa intentio*. Justa verò intentio est, quando non honoris studio aut privatae utilitatis ergò bellum geritur, sed tantum ut justitia exerceatur, injuriâ ablatam recuperetur &c. (4.) *Modus legitimus*, qui certos vindictae limites ponere, insonribus, quales sunt pueri, foeminae, aliisque ab usu armorum abstinentibus, ut Ecclesiasticis, senibus parcere, ac undiquaque temperamentum adhibere exposcit. Injustum verò bellum est, quod, vel ab illegitimis personis, vel ob causas non justificas, vel intentione, vel modo non legitimo geritur. Injustum g. bellum (1.) est *ratione personarum*, quod videlicet suscipitur ab iis, penes quos nec Majestas est, nec hoc majestatis jus. (2.) *ratione causa*, quod videlicet suscipitur nullâ de causa justificata, v. g. ob imminuendam potentiam alterius valde crescentem, aut imperandi meram libidinem, commodum privatum aliquod &c. (3.) *ratione intentionis*, ut quando famam &c. ex bello aliquis sibi parare intendit. (4.) *Ratione modi*, ut quando supra modum saevitia exercetur.

I. *Subjectum*. Est verò jus s. potestas pacem pangendi s. ineundi, penes quos est jus bellum gerendi, in regno videlicet penes Regem, in Aristocratia penes optimates, in Politia penes populum &c. Quod si fortasse Rex aut ejus aetatis, ut judicii maturitatem non habuerit, aut mentis imminuta fuerit, exercitium & quasi tutela hujus juris erit penes populum aut eum, cui id populus delegaverit.

II. *Quid sit pax*. Est verò pax nihil aliud, quam pactio bellum finiens.


III. *Quomodo rumpatur pax*. Rumpitur autem pax (1.) faciendo contra id, quod omni paci inest, ut si vis bellica aut toti civitati, aut parti ejus, aut sociis in pace comprehensis, ubi nulla nova subest causa, denuò infertur. (2.) faciendo contra id, quod expressè in pace dictum est.

1. *Subjectum*. Est verò illud jus in regno penes Regem, in Aristocratia penes optimates, in Politia penes populum &c.

2. *Quid sit*. Est autem foedus nihil aliud, quam conventio publica inter eos, qui aut summam potestatem habent, aut minimum hoc majestatis jus.

3. *Distinctio*. Foedus autem 1. aliud est *aequale*, quod videlicet utrinque eodem modo se habet, quale v. g. est, quando duo Reges conveniunt, ut auxilia praestentur paria equitum, peditum, navium &c. vel ad omne, vel ad aliquod bellum; aliud *inequale*, quod videlicet eodem modo utrinque se non habet, quale v. g. illud, cum unus Rex majora auxilia, quam alter promittit. 2. Aliud est *reale s. perpetuum*, quod propterea renovatione nullâ opus habet; aliud *personale*, quale est, quod ad certum durat tantum tempus, vel cum contrahentibus esse desinit.

VIX CAT



De Religione & illis, quæ ad Religionem pertinent, & de Moneta, Vectigalibus, & Tributis.

VII. Summa potestas in religionem & completitur jus religionem introducendi, tolerandi, conservandi, sacerdotum constituendi, concilia convocandi &c. Ubi notetur

I. Subjectum. Est verò potestas illa in Regno penes Regem, in Aristocratiâ penes optimates, in Politiâ penes populum &c. In nostra Rep. vigore Pacificationis religiosæ quilibet Imperii status jus habet, publicum vel Pontificiæ doctrinæ vel Augustinæ Confessionis exercitium concedere vel abrogare.

II. Quid sit religio: Est verò Religio juxta Ciceronem, quæ superioris cujusdam naturæ, quam divinam vocant, curam ceremoniamque adfert.

III. Quotuplex sit. Est autem (1.) Religio vera, quæ à fide in Christum & Christiana dici solet, qualis est, quæ revelationem divinam, h. e. tam V. quam N. T. libros Canonicos admittit, & quæ in utrisque docentur, tanquam vera agnoscit. (2.) quæ est juxta solum rectæ rationis dictamen seu ductum; quamvis hæc vix ullibi pura extiterit. (3.) Pagana seu idololatrica, quæ uti olim passim fuit recepta, ita nec hodiè ubi vis terrarum esse desit. (4.) Muhammedana. (5.) Judaica, qualem nim. hodiè Judæi profitentur.

VIII. Jus s. summa potestas circa Moneta, quæ completitur potestatem moneræ cudendi, materiam determinandi, valorem constituendi & mutandi, figuram certam imprimendi &c. Ubi not.

I. Subjectum. Est verò potestas illa in Regno apud Regem, unde & Aristoteles 2. Oec. 1. eam ad regiam administrationem refert; in Aristocratiâ penes Optimates, in Politiâ penes populum, &c.

II. Moneta Materia, quæ pro ratione diversarum gentium varia esse potest. Potest enim esse (1.) charta, ut apud Cathanos. (2.) Corium, ut apud Sparranos. (3.) Ferrum, ut apud Clazomenios. (4.) Stannum, ut apud Syracusios. (5.) Cuprum, ut apud Suecos etiam n. hodiè, ut & Italos, Gallos. (6.) argentum, (7.) aurum, quæ tamen duo posteriora, cum ex constitutione gentium passim habeantur magno in pretio, commodissimam moneræ materiam præbent.

III. Forma s. figura, quæ propterea ab initio impressa, ut homines à ponderandi molestia immunes redderentur. 1. Pol. 9. Potest & illa varia esse, ut liquet.

IX. Jus s. summa potestas circa vectigalia, quæ completitur potestatem vectigalia imponendi, augendi, minuendi &c. ubi rursus not.

I. Subjectum: Est verò potestas illa in Regno penes Regem, in Aristocratiâ penes Optimates, in Politiâ penes populum &c.

II. Quid sit vectigal. Est verò vectigal nihil aliud, quam reditus publicus, qui ratione mercium importandarum & exportandarum, ut vehendarum & avehendarum, aut eorum, quæ circa merces sunt, penditur.

X. Jus s. summa potestas imperandi tributa. Ubi not. similiter

I. Subjectum. Est verò potestas illa in Regno penes Regem, in Aristocratiâ penes optimates, in Politiâ penes populum &c.

2. Quid sit tributum. Est verò tributum reditus publicus, qui ratione honorum aut personarum extra mercium usum dependitur.

3. Ratione quorum exigat. Potest autem exigi (1.) ratione terræ, sive agrorum, vinearum, &c. (2.) Ratione illorum, quæ regioni alicui sunt propria, ut ratione aurifodinæ &c. (3.) Ratione mercaturæ, v. g. monopolii. (4.) Ratione pecorum. (5.) Ratione corporum seu capitarum, quod tributum genus etiam inde CAPITATIO vocari solet.

XI. Jus s. summa potestas vel eminentis Dominium in bona privatorum communis utilitatis ergo, item jus s. summa potestas conferendi dignitates, indicendi comitia &c. Ubi rursus notetur. Subjectum.

Sunt verò ista ut & reliqua majestatis jura in regno similiter penes Regem, in Aristocratiâ penes optimates, in Politiâ penes populum.



De Parentibus & Subditis & Homagio.

Post iura
Majestatis
Imperantium
agendum de
parentibus,
de quibus
notandum

I. Quid sint? Sunt autem h. l. parentes, quicumque potestati civili sunt subiecti vel parere tenentur, v. g. in Regno omnes præter Regem, in Aristocratia omnes præter optimates simul sumtos sunt & dicuntur Parentes.

1. alii sunt *Peregrini*, qui in alienâ degunt Rep., ubi domicilium non habent, quales sunt v. g. Mercatores Anglicani & Hispani in nostra Republica mercaturam exercentes.

Incolæ, qui alicubi domicilium quidem habent, Reipubl. verò pars non sunt, quales olim in Ægypto fuere Israëlita.

Indigenæ, qui alicubi domicilium habent, ibique Reipubl. pars sunt.

2. alii sunt *Proprie subditi*, qui ratione personæ potestati civili subsunt & simul ejus Reip. pars sunt.

Improprie subditi, qui non ratione personæ, sed bonorum tantum potestati civili subsunt v. g. Belgæ in nostra Reipubl. bona s. prædia habentes.

3. alii sunt *Merè subditi*, qui ita potestati civili subsunt, ut nullam prorsus potestatis partem ipsi habeant, quales sunt v. g. in Regno omnes præter Regem, sive magistratum gerant, sive non gerant.

Mixti s. ex parte subditi, qui ita potestati civili subsunt, ut ipsi qq. potestatis partem teneant.

4. alii sunt *Absolute & simpliciter subditi*, qui sine conditione potestati civili subsunt.

Secundum quid subditi, qui cum certis conditionibus potestati civili subsunt.

5. alii sunt *Spontanei*, qui ultrò potestati s. regimini civili se subjecerunt.

Coacti, qui vi bellica sub potestatem civilem redacti.

6. alii sunt *Tantum privati*, qui ita potestati civili subsunt, ut magistratus munere nullò fungantur.

Non tantum privati, qui potestati civili & ipsi subsunt, & Magistratum simul gerunt.

7. alii sunt *Mediati*, qui ita potestati civili superiori subsunt, ut & alii etiam inferiori subsint.

Immediati, qui non mediante aliâ inferiori potestati civili alicui subsunt.

8. alii sunt *Clerici*, qui sacris operantur.

Laici, qui sacro ordini non sunt addicti.

III. Illorum officium, quod complectitur (1.) Obedientiam, (2.) Fidelitatem, (3.) Amorem, (4.) Observantiam.

IV. Juramentum, quod aliàs dicitur Homagium: de quo noterur

I. *Etyologia*. Dicitur autem Homagium aliis ab *ὁμῶς* i. e. unio, quia subditi cum imperantibus magis per illud uniuntur, aliis ab *ἰσχύς*, i. e. iuro, quia mediante juramento præstati consuevit.

II. *Homonymia*. Accipitur autem vox Homagii (1.) pro fœdere, (2.) pro juramento fidelitatis, (3.) pro juramento subjectionis.

III. *Synonymia*. Appellatur aliàs Hominium, item Panagium, juramentum subjectionis, Germanicè *Huldigung*.

IV. *Definitio*. Est verò Homagium juramentum s. promissum, quod subditi præstant imperantibus, sub quorum imperio habitant, in obedientiâ, fidelitatis & observantiæ majorem certitudinem.

V. *Distinctio*. Homagium enim (1.) aliud est *absolutum*, ut cum subditi absque omni conditione obedientiam jurant vel promittunt; aliud *conditionatum*, ut quando certâ cum conditione imperantibus jurant, vel promittunt obsequium. (2.) aliud *proprie tale*, quod præstat ratione personæ, cujus etiam subjectionem arguit; aliud *improprie tale*, quod bonorum saltem ratione præstat, indeque personæ subjectionem non arguit.

De Rerumpublic. Mutatione & Conservatione.

Quotuplex illa sit? Mutari autem potest Resp. (1.) ut recta in corruptam transeat, v.g. regnum in Tyrannidem, Aristocratiā in Oligarchiam; vel corrupta in rectam, ut tyrannis in regnum &c. (2.) Ut recta una transeat in aliam rectam formaliter diversam, v.g. Regnum in Aristocratiā & contrā. (3.) Ut corrupta una transeat in aliam formaliter diversam, ut tyrannis in oligarchiam & contrā. (4.) ut status Reipubl. maneat, modus verò administrandi mutetur.

Causa, quæ est vel { *Externa*, ut cum extra Reipubl. constituti ipsi, qui mutationem inferunt, s. Pol. 7. *Interna*, ut cum Resp. mutatur ab illis, qui istā continentur: quod rursus fieri potest dupliciter. (1.) Volentibus illis, penes quos est summum Imperium, ut v.g. cum Rex sponte suā de summa potestate aliquid remittit. (2.) In vitis illis & repugnantibus, ut v.g. cum ortā seditione optimatibus imperium ereptum uni cuidam delegatur. Occasionem autem huic mutationi præbere potest (1.) imperantium superbia. (2.) Avaritia. (3.) Unius vel alterius nimia potentia. (4.) Metus. (5.) Imperantium contentus. (6.) Sordida imperantium conditio. (7.) Eorum negligentia. (8.) Eorum discordia.

2. in specie, ad singulorum mutationem quid faciat? Facit ad mutationem { *1. Regni*, 1. quando oritur contentio inter eos, ad quos aliquo modo regnum pertinet. 2. potestas regia convertitur in Tyrannicam. *2. Tyrannidis*, quando subditos Tyranni insigni afficiunt injuriā. *3. Aristocratiæ*, 1. quando imperantium numero excludunt imperantes, qui in virtute vel sunt pares vel etiā superiores, 2. quando unus reliquis omnibus potentia & autoritate prævalet. 3. quando tempore belli alii paupertate nimia premuntur, alii divitiis abundant. 4. quando limites justitiæ excedunt. 5. quando instituta Aristocratiæ imperantes immutari sinunt. *4. Oligarchiæ*, 1. quando in numerum imperantium non cooptantur, qui illis divitiis pares vel etiam superiores. 2. quando inter imperantes discordiæ existunt. 3. imperantes plebem insigni afficiunt injuriā. 4. non contenti ordinariis redditibus. 5. privatorum bona invadunt. *5. Politia*, 1. quando itidem unus reliquis virtute aut potentia & divitiis superior longè sit. 2. inter nobiles s. divites & pauperes s. plebejos oriuntur lites. 3. unus ordo potentior altero. 4. armorum Dominus peregrinus vel potens constituitur. *6. Democratiæ*, 1. quando dux belli aliā potens designatur. 2. uni magistratus magnus & perpetuus committitur. *7. Mixta*, 1. quando ab ejus institutis disceditur. 2. plura & potiora Majestatis jura penes unam partem, quam penes alteram. 3. una pars alteram injuriā afficit.


1. in genere ad eam quid faciat. Facit autem huc { (1.) Si Imperantes statum præsentem Reipubl. amant. (2.) secundum illam formam Reipublicæ imperare norint. 3. Jus uniuscujusque Reipublic. attendant. *1. Regni*, (1.) quando Rex virtutibus præ reliquis pollet. (2.) Subditos paterno amore complectitur. (3.) Magistratus idoneis delegat. *2. Tyrannidis*, quando potentiores potentia exuuntur, sapientiores exilio multantur, conventus prohibentur, Scholæ destruantur &c. quæ videantur s. Polit. XI. (2.) quando omnia boni publici causā se agere simulant, humanos se præbent, temperantiæ studēt, pietatis amorem præ se ferunt &c. vid. Arist. d. I. *3. Aristocratiæ*, 1. quando optimates instituta & leges mutari non patiuntur. 2. erga eos, qui tam intra, quam extra Reipubl. constituti, rectè se gerunt. 3. quando virtute præditos bonorum publicorum participes reddunt. *4. Oligarchiæ*, 1. quando imperantes instituta & leges arctè tenent. 2. benevolentiam humanitate quibusvis obviā sibi conciliant. 3. opulentioribus magistratus demandant &c. Vid. Aristotelem s. Pol. 8. *5. Politia & Democratiæ*, 1. quando ab institutis non receditur. 2. magistratus perpetui non constituuntur. 3. nimiam potentia uni non tribuitur &c. *6. Mixta*, 1. quando qualibet pars suis tenaciter adhæret juribus. 2. erga aliam rectè se gerit. 3. firmam inter se imperii participes amicitiam alunt, idemque justum intendunt.


Denique notari debet circa Rerumpubl.

I. MUTATIONEM

II. CONSERVATIONEM

FINIS.





ALVENSLEBEN
T
11



D. BALTHASARIS
CELLARII
Tabellæ
POLITICÆ,
Olim in gratiam audito-
rum suorum conscriptæ,

Nunc verò
In usum studiosæ juven-
tutis typis excusæ.

T. 11 (3)



JENÆ
Impensis BLASII LOBENSTEINS,
Bibliopol. Jenensis.

ANNO
M DC LIII.

